



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies quadraginta

Flavin, Melchior de

Parisiis, 1566

De bellis & triumphis regis Christi, quae causa belli, & quomodo diabolus
coeperit hoc bellum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29986

CAP. 6.
*De bellis & triumphis regis Christi,
 quæ causa belli, & quomodo
 diabolus cæperit hoc bellum.*

Gen. 1.



Psalm. 96.

Hebr. 1.

Hebr. 1.

Coloss. 1.

Iob. 40.

Ezech. 29.

Coloss. 1.

Ephes. 1.

Moses Gen. 1. prius quàm lo-
 quatur de creatione primi
 hominis, nobis exponit do-
 minium Christi, & regnum:
 qui est hæres vniuersorum,
 per quem facta sunt sæcula. Ideo angelis
 data lex. Psal. 96. Adorent eum omnes
 angeli & Heb. 1. Cum introduxit primo-
 genitum in orbem terrarum, dixit, ado-
 rent eum omnes angeli, qui ex August. 5.
 Gen. & Bernardo cognouerunt filiũ Dei
 incarnandum, cui homini subijcerentur
 omnia. Detrahit autem patris angelus
 obedire Christo, patrisque legibus: qui
 tamen omnia creauit per filium. Ioan. 1.
 & Hebr. 1. & Colos. 1. etiam diabolum.
 Iob 40. sibi complacens, & quasi non ef-
 fet factus à Deo. Ezech. 29. Ego feci me
 ipsum, Deus ego sum: licet esset à Deo
 constitutus super alios angelos, vt Adam
 super omnes homines, & Christus super
 omnes angelos & homines. Colos. 1. &
 Ephes. 1. Ipsum dedit caput super omnẽ
 ecclesiam.

ecclesiam. Vnde sibi derelictus is angelus ex suo libero arbitrio, peccauit nemine tentante, spreuit Deum, & alios angelos. Esa. 14. & Lu. 10. Factus hostis Dei, & eius iustitiæ punientis, tunc in cœlo orta sunt duo regna, scilicet bonorū angelorum, quod est regnum Christi, qui est caput omnis ecclesiæ, etiam angelicę. Colof. 1. ad Phil. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, &c. Aliud regnum fuit malorum, quorum caput diabolus, sicut postmodum in hoc mundo. Gene. 3. Cœperunt duo regna: Ecclesię, videlicet ab Abel, & mundi, à Cayn. Voluit enim diabolus angelos eum habere pro Deo suo, mēdacio deceptus. Ioan. 8. Sed boni angeli virtutibus cōtrariis peccatis diaboli, armati, virtute Christi & clypeo fidei eius vicerunt. Apo. 12. & eiecerunt eum de cœlo cum suis confectaneis. Lu. 10. & 2. Pet. 1. Sicut in iudicio separabūt malos de medio iustorū. Matt. 13. Tunc Michael suscipiens causam Christi & suorum, nactus est suum nomen: Michael enim quis sicut Deus interpretatur, cum spiritus nequam dixisset: similis ero altissimo. Vnde assecutus victo-

Esaie 14.

Luc. 10.

In calo duo
regna orta.

Coloff. 1.

Philip. 2.

Genes. 3.

Iohan. 8.

Apocal. 12.

Luce. 10.

2. Petri 1.

Matth. 13.

Michael

quid signi-

ficet.

riam, factus est princeps illius ecclesie
 angelice, qui nunc est victor, & princeps
 ecclesie militantis. Dan. 10. & 12. Apo. 12.
 Victus tunc Satan à Christo per suam
 angelorum militiam, secundo victus est
 ab ipso filio Dei homine. Matt. 12. Luc. 11.
 Ioan. 12. & 16. Colof. 2. 1. Ioã. 3. & Apo. 20.
 Unde. Luc. 10. Videbam, inquit Christus,
 Satanam vt fulgur de cœlo cadentem, id-
 que ante hominis creationem. Tunc er-
 go erat Christus: ergo Deus erat, qui vi-
 debat cadentem antequam caderet, cum
 nondum essent angeli, cadentem in abyf-
 sum, & caliginem tenebrarum: & chaos
 illud informe. Nōdum enim erat sol ne-
 que luna, nec aliud lumen: & tunc sicut
 Michael nactus est suum nomen ob vi-
 ctoria de illo qui dicebat: ero sicut Deus,
 sic prim⁹ ille angel⁹ vocatus est *σαβωθ*
 psal. 108. Id est calumniator Dei: quod ei
 fecerit iniustitiam: & suum crimen re-
 fert in Deum, accusat etiam & calumnia-
 tur pios. Apoca. 12. Proiectus est calum-
 niator fratrum, dictus est etiã Satan. Iob 1.
 Id est aduersarius, & demon, id est sciēs,
 sed in malum, tunc suo modo doluerunt
 angeli, ruinam suorum vt olim hæbrei

Daniel 10.
& 12.

Apocal. 12.

Matth. 12.

Lucæ 11.

Ioan. 12. 16.

Coloff. 2.

1. Ioan. 3.

Apocal. 20.

Lucæ 10.

Psal. 108.

Apocal. 12.

Iob. 1.

exitium tribus Bēiamin. Iudic. 21. & Hierem. 31. Vox in rama audita est, tunc toto nixu, desiderarūt salutem nostram, ad reparandam ruinam eorum, tūc sese addixerunt hominum obsequiis, maximè propter filium Dei, qui debuit fieri homo, & non angelus. Hebr. 2. Et quia homines futuri sunt in gloria, similes angelis. Matth. 22. post eam insignem victoriam, ecclesia angelorum militans facta est triumphans, sicut ecclesia nostra militans post vltimam victoriam fiet triumphans.

Iudic. 21.

Hierem. 31.

Heb. 2.

Matth. 22.

Quomodo diabolus, cæperit bellum in terra, contra Christum in suis.

CAP. 7.

Dostquam diabolus victus est in cælo cū suis, & extrusus, videns se non posse auferre Christo regnum cælestium, molitus est habere regnum terrestrium, & demum infernorum. Vnde adortus est Adam qui erat rex mundi. Gen. 1. & Psal. 8. in figura Christi regis. Rom. 5. qui est forma futuri, & Zach. 13. Adam exemplum meum, quo victo factus est Dominus eius. 2. Petri 2. à quo

O malitiam Sathane.

Genes. 1.

Psal. 8.

Rom. 5.

Zach. 13.

2. Petri 2.